NICOLAUS DE DINKELSBÜHL

Salzburg (?), 2. Drittel 15. Jh.

Seite 133v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8260
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

huic sacro panis ordeaceus vel alius
modi sed panis triticeus qui est
delicatior et suavior ¶ Ad 2m dicit
quod omnis aqua elementaris cum
aque elementari est eadem in specie
et ideo non differt in quacumque aqua
elementari baptismus fiat sed non
omnia grana ex quibus panis con-
suevit confici sunt eiusdem speciei
Et ideo non est plus racio utrobique
eius sacri non est tante necessitatis
sicut sacrum baptismi etc. Ad 3m re-
spondetur quod quidam dicunt quod de
spelta possit confici corpus Christi propter
similitudinem quam habet ad triticum Secundum
Sed si per partem intuenti quantum ad figuram
plus appropinquat ordeum ad similitudinem
tritici quam spelta amoto cortice gra-
nis in colore plus spelta conveni-
at sed inter omnia alia huiusmodi plus
convenit in figura farrum tritico et
similiter in colore Unde ex ydemptitate
figure non potest haberi quod aliquid in 4
sit eiusdem speciei cum tritico Unde
ex hoc quod ex grano tritici ubi-
cumque seminetur numquam nascitur
spelta ordeum vel far

Octavio utrum panis

Consecrabilis debeat esse azimus vel
fermentatus Et arguitur quod de-
beat esse fermentatus Non enim de-
bemus conficere secundum quod dominus
confecit sed dominus confecit in fer-
mento et non in azimo Igitur
nec nos debemus in azimo conficere
Maior probatur quia ante pascha
iudei azimis non utebantur Sed
cena domini in qua hoc sacramentum incho-
avit fuit ante pascha celebrata
ut Joh. 12 ubi dicitur ante festum diem
pasche Pro isto veritas est respon-
dere sicut agnus typicus ymmo-

labatur luna 14ma ut habetur exodi 12
Ideo Christus ymmolatus est luna 14ma
Sed die precedenti corpus suum dedit dis-
cipulis suis manducandum quod luna
13 dedit eis Item pascha inci-
piebat luna 14a et ante pascha
cena fuit celebrata Igitur ante
lunam 14mam Item 3o Joh. 18o dicitur
quod in die passionis domini iudei non
introierunt in pretorium ne contamina-
rentur sed manducarent pascha Pa-
scha autem ut videtur accipitur ibi pro
agno paschali qui debebat come-
di luna 14ma Igitur luna 14
tradiderunt Christum pilato et tunc pre-
cedenti die comederunt agnum ty-
picum Igitur 13o die et tunc fuit pa-
nis fermentatus in usu iudeorum
Igitur et dominus eo tunc utebatur et in
eo confecit etc. Quarto Mathei
26 dicitur quod iudei cogitaverunt occi-
dere Christum Tunc dixerunt non
in die festo Ille autem dies festus
principalis fuit luna 14ma Iuxta
illud Numeri 28 14o die mensis primi
primi phase celebrabitur et quinde-
cima die sollempnitas supple prin-
cipalis erit Igitur non in die fe-
sto scilicet quindecima luna occiderunt
Christum sed decimaquarta Et ante istud
manducavit dominus pascha Igitur
terdecimo die mensis Et idem dicit
18 quod ante diem festum pasche
fecit Jhesus cenam cum discipulis suis
Quinto Luce 22o dicitur quod mulie-
res viso sepulchro venerunt et
paraverunt aromata si hoc non li-
cuisset prima die de illis septem
quibus azima comedebantur Prima
dies illa erat eis celeberrima
que quidem dies erat luna 14a
Igitur Christus passus est luna 14ma
etc. Sexto Joh. 19 quia dies